



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

29. Dies Janvarii. In via Dei timore incipitur, u ad fortitudinem veniatur.  
Gregor. in Med.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

uan.  
nar  
ia ja  
a trans  
us re  
æren  
: no  
trate  
à po  
ecca  
præt  
onib  
mant  
veran  
, cùn  
natu  
onati  
at con  
omne  
rupid  
n con  
& int  
qua ex  
Deum  
uiden  
sentia  
ed mo  
s, cùn  
ura no  
ræcep  
um, u  
o possi  
to

uar.

Tessera.

77

tot hostibus resistere, imò vincere , ne aliàs succumbas & oecumbas. An quòd plura sint, quæ pelliciunt lenocinia ad peccandum? Falleris, plura sunt, & efficiacia ad virtutem invitamenta. Si mundus hortatur, Deus verat . si natura inclinat , gratia compescit: si dæmones fuggerunt , Angeli inspirant. An quòd malis híc benè sit? O vesania ! amare momentaneam prosperitatem , & non timere calamitatum æternitatem ! An quòd speres in sera ac decrepita senectute, spatiū pœnitentiæ , quia Deus multos expectavit diu , ut parceret semel ? O insensate! non est promissa vita , sed oblata venia. O ingrate! abuteris gratiâ Dei, & misericordia ? Cave: justus est Deus, & quia justus , non injustè aget, si non indulserit veniam, quando ad illum venies , & quando converti volueris, cùm nolis, modò dum te invitat. Erit forsan , quando ob seram pœnitentiam , seriò pœnitens, tibi occines illud , post cladem Cannensem Hannibalis, *Cùm potui, nolui, cùm volui, non potui.* Idcirco

*Esse bonus propera, nunquam nimium properabis,  
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

## 29. DIES JANVARII.

In via Dei timore incipitur , ut ad fortitudinem veniatur. *Gregor. in Med.*

Conversio I.  
inchoanda  
timore  
Dei.

**P**onitendo quod feceris pœnitenda, nunc stas in via arcta , quæ dicit ad vitam. Qui te in via, ne aberres, præcedat dux, sic Timor :

Timor: hic te manuducet ad Amorem. Timere debes, quia fecisti multa timenda. Debes timere, quia peccasti, quia potes peccare, & quia (quod vix dubium) peccabis. Certum est, te peccasse, incertum, an peccatum sit remissum. Quis non paveat, & caveat, qui in lubrico sua ipsa infirmitate vacillans, nutans, titubans, à multis præterea, & validis toto imperu concuteretur adversariis ad casum, & ex casu ad præcipitum? Subjice tibi rem oculis, expende omnia, & explora animum miserandi illius hominis, qui sic statueret. Inquire, quid de se sentiat, quid de suo statu, de sua securitate, de suo periculo; an sibi vigilet, sibi attendat, sibi à seipso caveat, à loco, ab hostibus, & aliis, quæ illum circumdant, pericula? Audi tua pericula ex S. Eusebio Emisseno: (a) *Tanti laquei objelli sunt ante pedes animæ nostræ, tam innumeri hostes observant, & custodiunt iter nostrum: tantæ foveæ, & tantæ prærupta, tantæ rerum difficultates interjacent intus, & finem nostrum: via ipsa, quæ per se arcta, & adua est, tantis spiritualium latronum insidiis obsidetur, tantos scopulos, tantosque fluctus nos transire, necesse est, & putamus nos de præteritis debere esse securos?*

II. Summa est felicitas timere Deum, hoc enim nihil timere præter illum, cuius timor, securitas est. Multa nos torquent, priusquam debent, quædam plusquam debeant, alia quæ non debent, alia cum non debent: & hoc ob varios timores, sed quo dignit natura, non gratia. Terrent nos plura, quæ noxia non sunt, nisi quia metuimus, alias minimè metuenda. Timor anticipat miseras, ut statim sit misericors, qui futurus aliquando est. Auferendi sunt omnes illitimos, sed ita, ut si solus relinquatur,

(a) *Ad Monac. Hom.*

qui

qui, quoniam legitimus est, ac verus, solus verè efficit, ut possint cætera omnia non timeri. Neque enim solum periculorum asylum, sed timorum, est timor Dei. Nam qui timet Deum, nec timenda, nec timorem patitur: supra pericula est, & extra metus. At qui Deum non timet, ipsa non timenda timet, nec fugit timor, sed fingit. Pœna non timentium Deum, est multa, imò omnia timere. Nulla mala aufert timor mundi, imò ipse est malus. Hæc auté est gloria timoris Dei, omnia aufert mala, confert bona, & ipse optimus. Culpas impedit, pœnas tollit, pericula propulsat, timores delet, virtutes inserit, bonorum omnium choragus est. Ille ergò solus timeatur, qui solus offensus potest inferre timenda illis, qui non timent.

III. Timēsne illum, cuius oculus omnia videt? Cujus manus omnia potest? Cujus præsentiam nemo potest evadere? Cujus Potentiæ nemo resistere? Cujus Sapientiam nemo fallere? Cujus offensa, malorum summa est? Cujus judicium, æquitas est? Cujus vindicta, damnatio est? Time, si polleas gratia, ne amittas, time, postquam amiseris, ne pereas. Time à dextris, quia prosperitas animum nimis attollit; time à sinistris, quia adversitas nimis dejicit. Time præterita, propter tot, quæ parasti scelera; time præsentia, propter tanta, quibus exponeris, pericula, time futura, propter tot atrocias, quæ te manent supplicia. Matus ille barbari Regis filius, cum Parenti structas videret insidias, jamque vertici crudelē imminere ferti aciem, indignatus se naturæ obligari vinculis, atque retineri, vim omnem, & contentionem exprompsit, & mox elatâ voce exclamavit: CA-  
VE. Quo prodigio particidæ audaciam coercuit,

&amp; Pa-

80

Christiani Militis

Januar,

& Patrem servavit. Occine tibi centies per horam, sexcenties per diem, CAVE. Stes licet in ipso Sancti tatis fastigio, cave; proximus es præcipitio. Sis præditus tantâ gratiâ, quantâ qui summâ Joannes Baptista, cave; homo es, ceciderunt multi virtute summi, potes cadere. Cum dormis, cum vigilas, cum oras, cum legis, cum prandes, cum cœnas, cum ambulas, cum quiescis, omni loco, omni tempore, pav & cave, quia ubique tenebræ, foveæ, insidiæ, certamina, pericula. Vanus est omnis metus, nisi illus metuas, quem metuunt omnes, & omnia: Siquidem

*Sepè facit metui non metuenda metus.*

## 30. DIES JANVARII.

Displacet in pulchro corpore non solùn morbus, sed nævus. *S. Bernard.* Epis.

249.

I. **T**imor Dei castus reddit hominem non solùm caustum, ut sit sine morbo, sed im castum sine nævo. Docet enim ministrus delicta, quæ ob facilitatem obtinenduntur, veniae, vocantur venialia, maximi facienda. Hæc minima ut maximè timeas, illa quæ sequuntur, expensas. Non potest nec lingua hominis exprimere, ne catamen Angeli concipere mala, quæ gignit in animi valle, minimus animi nævus. Hoc enim tantillum malum judeca verbum otiosum ex negligentia prolatum, magis potest malum omnibus malis naturæ. Sicut si alterutrum nitidetur eligendum, expediret potius in corpore paludum omnes omnium hominum morbos, membrorum

mutu